

Up 100 A-216
PROGRAMMA

Est. A-216 DE

IVRIS LIVONICI FONTIBVS,

QVO

AD AVDIENDAM ORATIONEM

EXTRAORDINARIAE PROFESSIONIS

IVRIDICAE

ADEVNDAE CAUSA

DIE V. NOVEMBRIS MDCCCXXXI.

HORA CONSVETA

IN AUDITORIO IVRECONSVLTORVM

HABENDAM INVITAT

D. FRIDER. AVG. NIETZSCHE.

LIPSIAE,

APVD G. L. GOETHE.

Invitanti mihi ad audiendam orationem extraordinariae professionis juridicae causa habendam ad studia mea commendanda nihil aptius visum est, quam ut operis de juris germanici fontibus posthac a me edendi specimen in medium profferrem. Quod quidem opus duabus partibus absolvetur, quarum

Ima s. generali de fontibus juris germanici universe et

II da s. speciali de singulis fontibus, ac

sect. 1. quidem de fontibus, qui in tota Germania legis vim obtinent aut obtinuerunt,

sect. 2. de fontibus, qui etsi non in tota Germania, in pluribus tamen ejus provinciis valent aut invaluerunt,

sect. 3. de juris provincialis fontibus

ita exponam, ut primum ex historia politica, quatenus cum historia juris conjuncta est, aliqua excerpam, deinde accuratius de juris fontibus dicam. Itaque speciminis loco proponam partis secundae sectionis tertiae caput duodevicesimum,

certe ejus conscribendi materiam qualem schædæ meae, in quibus multa adhuc desiderantur, suppeditant.

CAP. XVIII. LIVONIA.

A. *Historia politica.*

LITERAT. 1) Frid. Conr. Gadebusch, *Abhandlung von livländ. Geschichtsschreib.* 1772. 8. 2) Ejusdem *livländ. Bibliothek* T. 1. 2. Rig. 1777. 8.

FONTES. 1) Chronicon equestris ordinis teutonici incerti auctoris, ap. Mathæum, veteris ævi analecta V. 631 sq. (Auct. vixit circa ann. 1296.) 2) Petri de Düsburg chronicon Prussiae, in quo ordinis teutonici origo nec non res ab ao. 1226 usque ad ann. 1396 in Prussia gestae exponuntur, cum incerti auctoris continuatione usq. ad ann. 1438. Auctore Chph. Hartknoch. Jen. 1769. 4. 3) Henrici Lettici chronicon livonicum edit. a) latina ling. a I. D. Gruber in ejusd. *Originib. Livoniae sacrae et civilis.* Francof. et Lips. 1740. fol. b) vernacula ling. ab Jo. Godofr. Arndt, *liefländ. Chronick.* Tom. 1. Hal. 1747 fol. (Tom. 2, qui prodiit Halis ao. 1753, continet historiam Livoniae ab editore conscriptam). 4) Ditleb de Alnpecke, chronicon rythmicum teutonica lingua conscriptum et edit. a L. de Bergmann. Rig. 1817. 4. 5) Balthas. Russow, *Chronika der Provinz Liefland.* a) Rostochii 1578. 4. b) Bart. 1584. 8. 6) Salam. Henning, *liv- und curländische Chronik.* Lips. 1595.

SCRIPTORES. 1) Paul Einhorn, *historia lettica.* Dorp. 1649. 4. 2) Casp. de Ceumern, *theatridum livonicum.* Rig. 1690. 3) Chstn. Kelch, *liefländ. Historie.* Rev. 1695. 4. 4) Arndt l. c. 5) Gust. Bergmann, *Gesch. von Lief-land.* 1776. 8. 6) Frid. Conr. Gadebusch, *liefländ.*

Jahrbücher. Tom. I—IV, (quorum unusquisque duo volumina continet, praeter tertium, qui tribus absolvitur). Rig. 1780 sq. 8. 8) Ejusdem *Versuche in der livländischen Geschichtskunde und Rechtsgelehrsamkeit.* T. 1. 2. Rig. 1779 sq. 8. 9) Schlözer und L. A. Gebhardi, *Gesch. von Littauen, Kurland und Liefland.* Halle 1785. 4. 10) Wilh. Chstn. Fricke, *Handb. der Gesch. Lief-, Est- und Kurlands.* Tom. I—V. Rig. 1791 sq. 8. 11) Henr. de Jamnau, *Gesch. von Lief- und Esthland.* Tom. 1. 2. Rig. 1793. 96. 8. 11) Thom. Hiärne, *Est-, Lief- und Lettländische Gesch.* Tom. 1. Mit. 1794. 4. 13) Essai historique sur l'histoire de la Livonie par L. C. D. B(ray). Dorp. 1817. 8.

DIPLOMATA. 1) Gruber l. c. 2) Russow l. c. 3) Math. Dogiel, *codex dipl. regni Poloniae et magni ducat. Lith.* Tom. I—V. 4) Kelch l. c. 5) Casp. G. von Ziegenhorn, *Staatsrecht des Herzogth. Kurland und Semgalen.* Königsberg. 1771 fol. 6) Gadebusch, *Jahrbücher.* 7) Aug. Wilh. Hupel, *neue nordische Miscellaneen.* Rig. (postea Lips.) 1793—98. 8.

Historia antiquissima Livoniae, Ethoniae atque Curoniae, quae quidem provinciae communi Livoniae nomine appellantur, plane incognita est. Incipit igitur ao. 1158, quo mercatores bremenses, Gothiam profecturi sed a cursu depulsi et Livoniam delati, ibi domicilia collocarunt et novis colonis aucti terrae istius partem subegerunt. Paulo post Kerkholmi episcopatus¹⁾ conditus est, eoque postea Rigam translato summa imperii ad episcopum pervenit, qui

1. *Series episcoporum:* 1) Meinhardus usq. ad ann. 193 etc. Caetera hoc loco omittenda arbitror.

ao. 1206 a rege Philippo tota Livonia infeudatus est, jam antea autem ao. 1202 ordinem equitum ensiferorum s. fratrum crucis Christi s. fratrum militiae Christi ea lege instituerat²⁾, ut omnium regionum ordinis ope in ditionem episcopi redigendarum duae partes episcopo cederent, tertiam ordo ipse loco subfeudi acciperet. Quamquam autem episcopo rigensi, jam antequam ao. 1250 archiepiscopi dignitate ornaretur, episcopi suffraganei, dorpatensis, curensis atque oeselensis, obnoxii erant, tamen potestas ejus saecularis magis magisque imminuta est, imperium vero ad ordinem ensiferorum et cum ensiferi sese ao. 1237 cum ordine equitum teutonicorum consociassent ad teutonicos translatus³⁾ ab iisque retentum est usque ad ann. 1521, quo Waltherus de Plettenberg summum in Livoniam, Curiam et Esthoniā imperium ab ordinis equestris teutonici magistro emit, atque a jurejurando ordini praestito solutus principis imperii romano germanici dignitate ornatus est⁴⁾.

2. *Series magistrorum ordinis equitum ensiferorum*: 1) Vinno de Rohrbach 1202—1208. 2) Volquin etc.

3. *Seriem magistrorum ordinis equestris teutonici* vid. supra c. 14, quo de fontibus juris borussici exponitur.

4. a) Jo. Henr. Boeckler (resp. C. A. lib. bar. de Kettler) diss. de acquisito et amisso Imperii R. G. in Livoniam jure. Argent. 1710. 4. b) *Anonymi, kurtze Deduction des ritterlichen Teutschen Ordens und des heil. Röm. Reichs auf Lief-land und Curland, auch Semigallien, hergebrachter und an- noch unwidersprechlich competirender jurium*. Sine loco 1737. (Inest etiam iste libellus der neuen europ. Staatscanzl. Tom. 1.

Paulo post, ao. 1561, ordinis magister, Gerhardus Kettler, Livoniam, Esthoniā et Curiam regi Polonorum in feudum obtulit et magisterio ordinis deposito primus dux Curiae factus est⁵⁾. Neque vero duces Curiae neque reges Poloniae id consequi potuerunt, ut illam provinciam tranquille possiderent, sed potius Livonia, a regibus Daniae aequae ac caesaribus russicis successu modo magis modo minus prospero impugnata, denique ao. 1721 imperio Russorum adjuncta est. — Pars Esthoniae, jam ao. 1186 a rege Danorum Kanuto VI et ao. 1219 a rege Waldemaro II expugnata, postea ao. 1346 a rege Waldemaro III ordini equestri teutonico duodevinti millibus marcarum vendita et sic tota Livonia unius ditioni subjecta est.

B. *Historia fontium juris.*

- 1) Frid. Menius, *historischer Prodromus des livländischen Rechts*. a) Dorp. 1633. 4. b) *Ibid.* sine ai. ment. 4. —
- 2) J. G. de Bunge, *wie und nach welchen Rechten müssen die in Livland geltenden Gesetze interpretirt werden*, Dorp. 1822. 8.

p. 80 sq.) c) Jo. Chr. Willh. von Steck, *von der erloschenen Verbindung des Herzogthums Lief-land mit dem deutschen Reiche* in ejusd. *Versuchen über einige erhebliche Gegenstände* p. 13 sq. d) *Idem, von einigen besondern Folgen der ehemaligen Verbindung Lief-lands mit dem Teutschen Reiche* in ejusdem observation. (1779) p. 69 sq.

5. *Series ducum Curiae*: 1) Gerhardus Kettler etc.

I. IVRA RECEP.TA.

a) Jus Romanum.

Etsi in Livonia, uti in plurimis Germaniae provinciis, jam saec. XIII juris romani vestigia deprehenduntur⁶⁾, libri tamen saec. XIV et XV de jure livonico conscripti, nec non Dionysii Fabri formulare procuratorum⁷⁾, quod ad saec. XVI referendum est, argumento sunt, medio aevo jus romanum communi in usu non fuisse et fortasse nunquam, nisi inter clericos, qui jus romanum semper profitebantur⁸⁾, legis vim obtinuisse⁹⁾. Legibus provincialibus saec.

6. Dipl. archiep. Alberti ai. 1253, ap. Dreyer, specimen juris lubecensis de jure naufragii p. 156. et ap. Arndt, *Chronik* II. 52. — ut secundum sanctiones legum et canonum et imperialia decreta majorum omnes hujusmodi — praedones — prosequamur. Verba sanctiones legum de jure romano esse intelligenda, patet ex conventionione wolmariensi ai. 1491, ap. Arndt, *liefl. Chron.* II. 167. In alio diplomate ai. 1366, quod exstat ap. Dogiel, cod. dipl. V. 178, in favorem clericorum Livoniae omnia *statuta singularia et iniquae ordinationes* sublata sunt, quae *legitimis civilibus et canonicis sanctionibus* repugnarent et per *sacras civiles et canonicas sanctiones* reprobata essent.

7. Formulare procuratorum, a Dionysio Fabri, ordinis teutonici syndico, conscriptum, in Livonia, quamquam ejus fines non transgressum videtur, omnibus gratum acceptumque erat, id quod testantur perquam multi codices manu exarati, qui in bibliothecarum scriniis inveniuntur. Prodiit hoc opus ao. 1539 in forma quadrata sine loci mentione et postea editum est ab Oelrichs, *dat rigische Recht* p. 153 sq.

8. Savigny, *Gesch. des röm. R. im Mittelalt.* I. 115 sq.

9. Jam ao. 1426 quorundam senatorum dorpatensium et re-

demum XVI ius romanum confirmatum est¹⁰⁾, ejusque receptionem ne summa quidem imperii judicia eorumque sententiae in Livonia, quae privilegio de non appellando gaudebat¹¹⁾, ut alias maturare aut fulcire poterant.

b) Jus teutonicum.

1) Speculum saxonicum.

In Livoniam, Esthoniā atque Curiam, uti jam supra dictum est, coloni e Germania missi sunt, qui jus patrium profitentes effecerunt, ut in constituendo jure livonico plus valeret juris germanici quam romani auctoritas. Imprimis vero speculum saxonicum jam saec. XIV in Livonia innotuisse, non solum ex pluribus speculi saxonici, tam veri quam aucti, codicibus manuscriptis, qui in livonicorum archivorum scriniis latent, sed etiam ex ejus epitome patet, quae

valensium filios Italiam eo consilio, ut ibi disciplinis atque artibus operam darent, profectos esse refert Hiärne I. c. p. 237. Eorum tamen exemplum perpauci tantum secuti sunt, nam ipso saec. XVI res memoranda aut potius mira videbatur, quod nobiles quidam „ere kinder op de hoge Scholen vnde an Hern vnde Försten Höfe gar ferne in Dudeschlandt geschickt.“ Cfr. Russow, *liefl. Chronik* fol. 35.

10. Conventio wolm. a. 1543, ap. Hupel, *Miscellan.* VII. 260 sq. et 310 sq. — *darmitt — de Schuldige — vermoge keyserlicher und diser Lande Rechte gestraffet werden moge.*

11. a) Priv. imp. Sigismundi a. 1424, ap. Arndt II. 125. b) Decret. Plettenbergii a. 1510, ap. Hupel XI. 301. c) Priv. archiep. Jasper Linde a. 1523. d) Conv. wolmar. a. 1543, ap. Hupel VII. 261 sq. et 310 sq.

tunc temporis in Livonia usitata erat. Cujus quidem epitomae, quae hodie nusquam deprehenditur, vestigia extant in jure equestri livonico medio et in jure feudali wickio-oeseliano, quorum utrumque plura continet, quae iisdem plane verbis in speculo saxonico leguntur. Jus feudale wickio-oeselianum recentius est jure equestri livonico, sed auctorem juris feudalis istos locos non ex jure equestri repetisse primum inde constat, quod plura speculo saxonico propria, imprimis duae praefationes, quae praefationes speculi saxonici imitantur, in jure feudali reperiuntur, in jure equestri autem desunt; deinde, quod isti loci speculi saxonici in jure feudali uno tenore et servato speculi ordine decurrunt, in jure equestri autem pluribus locis ex statuto waldemar-ericiano repetitis interrumpuntur. Utriusque igitur juris livonici auctores ex communi fonte hauserunt, hic fons autem, cum in utroque paene iisdem speculi saxonici loci et eodem modo mutati, correcti et aucti reperiuntur, non speculum ipsum fuit, sed potius codex repetitae praelectionis, qui a Livonico quodam conscriptus et livonicis moribus adoptatus esse videtur.

2) *Jus lubecense.*

Oppidum Riga jam prima foundationis aetate Wisbyensium jure donatum est¹²⁾ et peculiari utitur sta-

12. a) Dipl. episcopi Alberti ai. 1211 s. 1212 ap. Gadebusch, *Jahrbücher* I. 1. 87. et ap. Hupel, *Miscellan.* I. 486 sq.

b) Conventio inter episcopum Albertum, praepositum et magi-

tuto^{13a)} quod cum hamburgensi ai. 1270^{13b)} ver-

strum ab una et syndicum urbis rigensis ab altera parte, ao. 1225 celebrata, ibid. I. 1. 187 sq. — *Dicebat namque Syndicus praenominatus, civibus licere judicem civitatis constituere, eo, quod haberent Jus Gotorum, sibi ab Episcopo a constitutione civitatis concessum. Super quibus interrogatus jam dictus Dns. Eps. pro se, Praeposito et Magistro ibidem praesentibus et consentientibus respondit, quod a constitutione civitatis concessit civibus in genere Jus Gotorum et specialiter libertatem a duello, teloneo, candente ferro et naufragio. — Si quid etiam cives poterunt probare intra decennium esse de jure Teutonicorum commorantium in Gotlandia eodem et gaudeant et Rigenses, excepto eo, quodsi Teutonici in Gutlandia instituerent aliquatenus Sacerdotem, Rigenses tamen nunquam possint constituere sacerdotem.* c) Dipl. episc. Nicolai ai. 1238, nondum editum, in quo legitur: *et concessimus* (sc. consulibus civitatis rigensis) *licentiam et facultatem, praedicta jura* (sc. Gotlandiae) *meliorandi secundum quod viderint et quando viderint expedire Dei et novellae civitatis utilitati.* d) Conventio inter episcopum et ordinis magistrum ao. 1432 celebrata, ap. Arndt, *livl. Chronik* II. 140 et ap. Dogiel, cod. dipl. V. 138. — *Et pro tunc in privilegio Nicolai Archiepiscopi, Praedecessoris nostri, Consulatui Civitatis nostrae Rigensis indultum est, Gotlandicum jus meliorare, prout viderint et videre poterint expedire honori Dei, si contingeret quidem in futuris temporibus, quod Consulatus nostrae Civitatis Rigensis Gotlandicum jus in sententiis eorum non melioraret, prout expediret honori Dei ob id, ut is, qui putaret, quod gravatus esset cum nostrae Civitatis Rig. jure, non haberet opus de hujusmodi jure conqueri aut extra Patriam alia Jura et Tribunalia quaerere.* Cfr. etiam dipl. ai. 1277, ap. Dreyer, de jure naufragii p. 160.

13a. Edidit hoc statutum Pufendorfius in appendice observationum III. 222 sq. Codex manuscriptus huius statuti in bibliotheca regia dresdensi sub G. 70 et, uti Sonntag, in dem rigischen

botenus convenit. Cum vero tam Wisbyenses quam Hamburgenses jure lubecensi usi sunt¹⁴⁾, Revalen-

Stadtblatte ai. 1825 p. 50 et ai. 1826 p. 137 sq. docuit, duo alii in bibliotheca publica et in archivo urbis rigensis asservantur. Oelrichs, *dat rigische Recht*, in praef. p. 2 contendit, hunc juris rigensis codicem non jus rigense, sed potius jus hamburgense continere et statutum hamburgense nunquam eo consilio, ut Rigenses eo uterentur descriptum esse. Ad quam sententiam defendendam in praefatione juris rigensis ubi legitur: *In den iahren vnsers Heren Mcclxx — do worden de gemeynen Radtmanne vnde de vyvsesten der Stadt tho Rige, so vver Burgermeyster vvere* etc. conjicit, legendum esse *tho Rade loco tho Rige*. Quae quidem conjectura, cum lectio *tho Rige* nullum sensum praebeat et non solum statutum hamburgense sed etiam codex dresdensis *to Rade* habeat, sane verissima est, argumentum tamen inde petitum nullius ponderis esse videtur, cum in alio hujus praefationis loco, quem Oelrichs non animadvertit, haec legantur: *In deme namen des vaders, des sones vnde des hulgen geystes synt dusse ortele beschreuen van vwillen der gemenen Stadt vnd van dem vvilikesten Rade van Ryge*. Aliam sententiam amplexus est Schwartz, *Versuch einer Gesch. der rigischen Stadtr.* ap. Gadebusch, *Versuche* II. 3. 206 sq. Putat enim, statuta ista rigensia legis vim nunquam obtinuisse. Sed non video, quibus argumentis haec sententia defendi possit. Nam non unus tantum, uti putavit Schwartzius, sed plures juris rigensis codices exstant, alia autem statuta rigensia a nostris diversissima, quae leguntur ap. Oelrichs l. c. p. 1 sq. et ad saec. XIII referuntur, ad sententiam Schwartzii tuendam nihil valent, quoniam in pluribus Germaniae urbibus diversissima statuta, tempore satis brevi interjecto, condita sunt,

13b. Statuta hamb. ai. 1270 leguntur ap. Westphalen, *monumenta* IV. 2084 sq. et ap. Anderson, *hamb. Privatr.* I. 10 sq.

14. Hamburgenses et Wisbyenses jure lubecensi usos esse, alias probabo.

ses porro jam saec. XIII jus lubecense receperint¹⁵⁾, et Reval oppidis Narva¹⁶⁾ et Wesenberg¹⁷⁾, Riga autem oppidis Hapsal ab ao. 1279¹⁸⁾, Pernau ab ao.

15. Dipl. Erici IV (V) Plogpennig, regis Daniae, a. 1248, ap. Arndt II. 12. Idem patet ex juris lubecensis codice Revalensibus ao. 1282 transmissio, quem Dreyerus possedit et cujus mentionem facit in opere praestantissimo de ordinationibus et legibus lubecensibus p. 238. Initio hujus codicis haec leguntur: *In nomine Domini amen. Anno dominice incarnationis Mcclxxii mense Augusti conscribi fecerunt consules civitatis Lubicensis ob honorem et dilectionem nec non ob petitionem Dni Christophori, Dei Gratia Danorum Slavorumque regis, deinde anno incarnationis dominice Mcclxxxii pro dilectione et petitione ejusdem filii gloriosi domini Erii regis eadem gratia atque inclite suae matris Regine nec non ad petitionem et dilectionem civium de Revalia, jura seu justitiam a glorioso fundatore directae civitatis pie memorie Dno. Henrico, Duce Suevie, Bavariae, Saxonie, Angariae et Nordalbie indultam et privilegiam*. In literis hanc ob causam ad consules lubecenses datis, quae exstant ap. Dreyerum l. l. p. 221, collegium canonicorum revalensium et cives istius urbis inter alia scribunt, *quoniam per excellentissimum dominum nostrum Ericum, Dei gratia Danorum Slavorumque regem et ducem Estonie, leges et jura civitatis vestrae sunt civitati Revalie tradita et litteris patentibus stabilita*.

16. Dipl. a. 1345 et 1374, ap. Gadebusch, *Jahrbücher* III. 2. 673 sq.

17. Dipl. Erii V (VII) Mendred, regis Daniae, a. 1302, in *den gelehrt. Beitr. zu den rigisch. Anz.* a. 1765 p. 9 sq.

18. Schwartz, ap. Gadebusch, *Versuche* II. 241 sq. Gadebusch, *Jahrbücher* I. 2. 221 sq. et W. Hezel, de remediis appellationis contra ampl. Sen. Dorp. decreta olim interponendi indole ac forma (Dorp. 1814. 8.) §. 1.

1318¹⁹⁾, Hasenpoth ab ao. 1378²⁰⁾, antea oppidis Goldingen²¹⁾ et Windau²²⁾, oppido Fellin ab ao. 1481^{23a)}, oppidis Wenden et Wolmar ab ao. 1561^{23b)}, oppido Liebau ab ao. 1625²⁴⁾ et diu

19. Cfr. auctoritates antecedenti nota laudatae.

20. Dipl. Ottonis episc. ai. 1378, ap. Ziegenhorn, *Staatsrecht. Beil.* no. 13. — *Wie wir ihnen verleihen und — geben — das rigische Rechte zu ihrer Freyheit und Gerechtigkeit — wie die Goldingschen und Windauschen frey haben.*

21. Cfr. not. 20 et priv. magistri ordinis Hermannii de Brugency cognom. Hasenkamp ao. 1538 civibus goldingensibus concessum, ap. Ziegenhorn no. 34. — *Als bestädigen und befestigen Wy dersülwegen Glücks unsern lewen Getrüen und Underdanen unser beeder Städte Wenden und Wolmar tho geneeten und tho gebruken, vergünnen ennen och noch ut sünderlichen Gnaden in Goldingen tho holden alle Wecke enen gemeenen Markt.* Oppida Wenden et Wolmar jure rigensi fuisse donata patet ex auctoritatibus infra not. 24 laudandis.

22. a) Dipl. a. 1378, vid. not. 20. b) Dipl. a. 1495, ap. Ziegenhorn no. 24. — *dat wy Unsern lewen und getrüen Burgermeistern und Rathmannen der Stadt Windau un der gantze Gemeene vernyet hebben ere olde Privilegien — dat se vortmer hebben und gebruken sollen en sodanen Friheit und Gerechtigkeit, dar se in erer Tiden gelück de Stadt Goldingen met bewedmet gewesen.* c) Dipl. Hermannii Ketler ai. 1559, ap. Ziegenhorn no. 44. — *Nachdem unsre Vorfahren — Unserm Städtlein zur Windau das Rigische Recht, deßen sie sich gebrauchen — neben habinder Privilegien, Gericht, Recht und Herrlichkeiten von Zeiten zu Zeiten confirmiret und bestätiget.*

23 a. Cfr. n. 18.

23b. Cfr. not. 18 et Dipl. regis Stephani ai. 1582, ap. Ziegenhorn no. 84, ubi legitur: — *Geben derothalben erstlich derselben Stadt das Rigische Recht.*

24. Dipl. ducis Friderici ai. 1625, ap. Ziegenhorn no. 118.

ante annum 1477 Dorpatensibus²⁵⁾ curiae superiores exsisterint; nullo modo dubitari potest, quin jus lubecense, si non in omnibus, in plurimis tamen Livoniae urbibus juris communis locum obtinuerit.

II. FONTES DOMESTICI.

a) Jura provincialia.

Aug. Willh. Hupel, *Versuch einer Geschichte der liefländischen Ritter- und Landrechte.* Riga 1792 et in ejusd. *neuen nord. Misc. St.* 5.

1. Statutum waldemar-ericianum.

Statutum waldemar-ericianum (*das waldemar-erichsche Rechtsbuch*) editum a Hupelio²⁶⁾ et Ewersio²⁷⁾, ea jura continere dicitur, quae rex Waldemar vasallis suis in Esthoniae parte ao. 1219 expugnata relictis scripserit²⁸⁾. Nescio autem, an

— *Gönnen und geben Wir ihnen das Rigische Recht, immaßen dasselbe in allen unsern Städten unsers Fürstenthums erhalten wird.*

25. Cfr. not. 18.

26. Hupel, *neue nord. Miscell.* V. 257 sq.

27. Ewers, *die esthnischen Ritter- und Landrechte.* (Dorp. 1821. 8.) p. 46 sq.

28. Colligitur hoc iaprimis ex praefatione hujus statuti, ubi inter alia haec leguntur: *In Gades Namen Amen. — De edle Wolmar, van Godes Gnaden König der Dehnen und der Wenden, mit der Hülpe Gades — — dat Land Ehsten bedwang tho den Christen-gelowen van der Heydenschoep und verlehnnde dat Riddern und Knaben öffte Knechten und begnadede se mit sodanhen Rechte, als se noch hüdiges Dages hebben, sine*

vera sit haec sententia. Isto enim libello non jura illa antiquiora, nunquam literis mandata, sed potius ea jura contineri videntur, quae illo tempore, quo consignata sunt, moribus quidem magis quam legibus, in omnibus tamen Livoniae partibus aequaliter recepta et usitata essent. Caeterum statutum waldemar-ericianum non juris danici²⁹⁾ sed potius germanici³⁰⁾ vestigia sequitur et tam de jure

Mannen in dem Lande, und noch in den binnen besehten, tho Rige, tho Dörpte, tho Ozele und in der Broder Lande; unde dat Recht beholden von Königen beth an dusse tydt, allene doch under düsser minnen tydt, der vorbenömeden Könige dat Recht an etlicken Stucken gebracken sy, wennte dat Recht nicht beschreuen was; dorch dat so ligt dat Recht unter dem Volck byster, tho Hindernisse der Herrschop und des Landes. — Dorch dat, so hefft der Edle König Erich, de nu is, gegeben und beschreuen und met Rade bestediget und met Vollbord sinnes Rades und sinnes gemenrn Rykes solck Recht, als hir beschreuen steit, na Godes Gebohrt Durent, dre hundert, in dem Vyfteinden Jahr.

29. Tuentur hanc sententiam Kofod Ancher, dansk low-historie II. 112 sq., Schwartz l. c. p. 71 sq. et Gebhardi p. 237 sq., ac Kofod Ancher quidem propterea, quod in hoc nostro libello multa danica vocabula deprehendantur, sed ea ipsa vocabula e lingua saxonica, quam ille non tenebat, minime e danica originem ducunt. Schwartzium autem, qui eo argumento nititur, quod in nostro libello ferri candentis mentio non fiat, non est, quod refutemus.

30. Ad defendendam hanc meam sententiam haec sufficient: A) In jure danico universa de matrimonio doctrina nititur communione bonorum inter conjuges. Cfr. Kölderup-Rosenvinge, *Grundriss der dän. Rechtsgesch. übers. von Homeyer*

privato, quam de jure feudali et criminali tam copiose exponit, ut multa inde ad jus germanicum augendum et ornandum ejusque fontes interpretandos repeti possint.

2. *Jus equestre antiquissimum.*

Jus equestre livonicum antiquissimum, saec. XIII exeunte aut saec. XIV ineunte conscriptum³¹⁾, nun-

§. 17. 22. 44. Statutum autem waldemar-ericianum communio-nem bonorum non agnoscit, sed de juribus conjugum eodem fere modo, quo jura Saxonum antiqua statuit et agnoscit morgengabam, quae a jure danico plane aliena est. B) Jure danico mares, si cum foeminis concurrunt, duplicem, foeminae simplicem hereditatis partem accipiunt. Kölderup-Rosenvinge §. 51. 52. 104. Jus autem livonicum aequales tantum heredium portiones admittit et in jure hereditario cum fontibus juris in septentrionali Germaniae parte usitatis convenit. C) In jure waldemar-ericiano plura juris germanici instituta occurrunt, quae a jure danico aliena sunt, uti res expeditoriae, manus communis et usus-fructus feudi annuus viduis competens.

31. Arndt, *liefl. Chronik* II. 23 sq. et Gadebusch, *Jahrbücher* I. 1. 208 nostrum libellum referunt ad annum 1228. Qua in re sequuntur auctoritatem codicis brandisiani, in cujus inscriptione hujus anni mentio fit his verbis: *Das eltiste und erste Lyeffländische Ritter- und Landrecht, wie solches weiland Bischof Albrecht dem Ersten zu Riga mit Raht meister Volquinus und seines Ordens, auch zu Bewilligung seines Adels und anderer zugezogenen aufgesetzt und publicirt worden ist, umbs Jahr nach Christi Geburt 1228.* Cfr. Gadebusch. *Biblioth.* I. 96. Sed vix credam, statutum waldemar-ericianum, quod in jure nostro integrum continetur, jam tunc temporis extitisse, aut, si hoc concedam, jam a. 1228 tantam auctoritatem nactam esse, ut auctor juris equestris inde haurire posset. Jus

quam typis est mandatum³²), in permultis tamen bibliothecis manu exaratum reperitur. Absolvitur totum opus sexaginta septem aut sexaginta octo articulis et continet a) statutum waldemar-ericianum integrum, quod, si quaedam omissa aut mutata excipias, verbotenus receptum est, et b) additamenta quaedam³³), quae cum juris germanici praeceptis conveniunt et, uti videtur, a librariis postea aucta sunt³⁴). Uti ex hac coagmentatione nec non ex aliis rebus³⁵) apparet, jus equestre inter legum collectiones referri non potest, sed potius libris de rebus juridicis privata opera conscriptis adnumerandum est. De auctore autem nihil plane constat.

3. Jus equestre medium.

Bunge, über den Sachsenspiegel als Quelle des mittlern liefländischen Ritterrechts. Riga 1827. 8.

Jus equestre livonicum medium (*das mittlere liefländische Ritterrecht*) exeunte saec. XIV con-

vero equestre ante annum 1324 conscriptum esse, patet ex jure feudali wick-oeseliano, cujus quintus liber jus nostrum complectitur et, uti inscriptio docet, jam ab episcopo Hertingh (1310—1324) confirmatus est.

32. Excerpta quaedam, sed negligentius, dedit Arndt l. c. II. 23 sq.

33. Additi sunt articuli 4. 5. 31—33 et 52—67.

34. De articulis statuto waldemar-ericiano additis in quinto juris wick-oeseliani libro occurrunt tantum articuli 4. 5. 31; reliqui desiderantur.

35. Huc pertinet imprimis art. 33, ubi legitur: *Von Treue*

scriptum, cujus multos codices manu exaratos³⁶) et plures editiones³⁷) habemus, constat ex ducentis quadraginta et novem capitibus et continet A) cap. 1—10. 21. 23. 25 et 49—95 jus equestre livonicum antiquissimum, quod integrum et verbotenus receptum est, nisi quod auctor nonnullis locis non jus

lavende spreche ich nicht. Quae quidem dicendi forma plane abhorret ab ea, qua legislatores utuntur.

36. Codex dresdensis jam supra laudatus continet inter alia jus equestre medium et, quamquam, uti omnes reliqui codices, plurimis mendis scatet, maxime tamen convenit cum editione antiquissima. Differt vero ab ista editione eo, quod 1, post c. 22 additae sunt annotationes quaedam ita inscriptae: *Gewöhnliche Herweide der Lande tho Leyfland heißen eines Ritters Herweide.* 2) in fine c. 18 legitur: *Dieser Artickel is doth geleget von Bischof Abundi* (Joannes Habuudi, archiepiscopus rigensis ab ao. 1418 usque ad annum 1424) *vnd darnach von Bischofen los vndt frey gegeben;* 3) in fine c. 49 notula adspersa est haec: *Der wedde halben is thoth geleget, wie vorberurth;* et denique 4) in fine c. 28 additum est: *Jedoch soll men Jd holden nha gewohnheit vnd gebrauch des Stifts, wie vorberurth.* Copiosius de isto codice exponit Goetze, *Merkwürdigkeiten der dresd. Biblioth.* II. 1. 121 et de chronico Bartholomaei Gefenthal ao. 1558 conscripto, quod et ipsum hoc codice continetur, de Recke et Napiersky, *Schriftstellerlexicon* II. 99 sq.

37. Prima editio prodiit ao. 1537 forma quadrata, sine typographi et loci mentione, sic inscripta: *De gemenen stichtischen Rechte ym Sticht van Riga, geheten dat Ridderrecht.* Secunda est oelrichsiana, quae extat ap. Oelrichs, *dat rigische Recht* (Brem. 1773. 4) p. 72. Tertiam curavit Buddenbrock, *Samml. liefl. Gesetze* Tom. 1.

equestre antiquissimum sed potius statutum walde-mar-ericianum seculus est; B) cap. 11 — 20. 22. 24. 26. 27. 33 — 48. 96 — 105. 107 — 110. 112 — 134 et 136 — 240 excerpta speculi saxonici, quae fontem suum ad verbum reddunt aut in epitomen redigunt aut alio modo mutant³⁸); C) c. 241 — 249 excerpta juris feudalis saxonici³⁹); D) cap. 28 — 32 commentatiunculam de gerada in pluribus codicibus manuscriptis speculi saxonici exstantem⁴⁰); denique E) cap. 106. 111 et 135 additamenta auctoris. Quae cum ita sint, vix est, quod moneamus, jus equestre medium aequae ac antiquissimum privata opera esse compilatum, a quo autem plane ignoramus.

38. Auctor usus est eo libro, cujus supra mentionem injecimus, et auctor hujus libri ea speculi saxonici recensione, quam in ephemeridibus literariis hallensibus ai. 1827 no. 294 p. 689 sq. antiquissimam esse contendit. Non solum enim, si lectiones variantes respicias, jus livonicum magis cum ea, quam aliis revisionibus, convenit, sed etiam, quod majoris videtur esse momenti, omnia ea, quae desunt in codice grupeniano, bremensi, queditburgensi et moguntino I, desunt etiam in jure livonico.

39. Cfr. Homeyer, in ephemeridibus berolin. ai. 1828 No. 60 p. 551 sq.

40. Edidit hanc commentatiunculam e codice helmstadiensi Bruns, *Beiträge zu den deutsch. Rechten* p. 171 sq.

Sed haec hactenus; reliqua, quae ad jus equestre recentissimum s. systematicum, ad jus feudale wiek-oeselianum aliaque jura provincialia levioris momenti, ad leges atque statuta urbium et ad ordinationes rusticorum pertinent, hoc loco omittenda arbitror, ne studia mea, quae commendanda suscepi, in taedium adducam. Praeterea vel ex eis, quae a me exposita sunt, satis patet, quam rationem in opere illo, de quo supra dixi, conscribendo secutus sim. Quod meum consilium arctissime cohaeret cum sententia, quam

*de juris germanici docendi et
addiscendi ratione*

concepi, quamque oratione extraordinariae professionis juridicae adeundae causa habenda copiosius declarabo. Eam solennitatem, ut VOS, RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE PRINCEPS CELSISSIME, PROCESSES VTRIVSQUE CIVITATIS GRAVISSIMI, COMMILITONES HUMANISSIMI, praesentia Vestra ornetis atque augeatis ea, qua decet, observantia rogo atque oro.

Errata quaedam.

Pag. 20 lin. 2 erranti leg. erati

— 21 l. 1 aut l. au

— 26 l. 15 obligatae l. obligati

— 29 l. 5 alterutra l. allerutra

— 49 Not. 175 frequentabantur l. frequetabant.

— 53 — 186 auctoritates l. auctoritatis

— 64 lin. 2 advocatorum l. advocatarum

— 69 Not. 225 Spec. l. Spec.

— 76 — 248 l. 7 exstantibus l. exstantihus

— 81 lin. 5 afficerentur l. officerentur

— 86 l. 5 communibus l. comununibus

— 87 l. 5 obstrinxerant l. obstinxerant
